

2989 [= 5301] inter Casoli et Guardiagrele GVAR. Piano della Roma, contrada Ortoimbilli, alla masseria di Francesco Giangiulio fù Nicola DRESSSEL. Casoli in aedibus Tilli DE PETRA.

N I P I A E
S E C V N
D A E E T
P R I M V
5 L A E F I L I A E
Q V A R T I O
C P

Recognovit Dressel. Guarini comm. XX p. 26; de Petra *Giorn. degli scavi di Pompei n. s. 3* (1875) p. 144 de visu.

Titulum tam male scriptum esse ait Dresselius, ut si in museo prostaret, pro falso condemnaretur. Dedimus id quod qui scripsit dare voluit; in lapide 1 n est pro p, e pro e, et confunduntur passim E F I L; denique inde a v. 5 titulus ita dispositus est, ut versus pars posterior respondeat fere sequentis parti priori, quasi sit QVA FILIAE | C RTIO | P. — 7 est opinor c(oniugi) p(ientissimae).

2990 [= 5304] alla Roma reperit ROMANELLIVS et Pascuccio Guardiagrele dono dedit.

OSSA · SITA
NVMISIAE...R....

Romanelli scov. *Frent. II*, 38.

2991 Piano della Roma, masseria di Mosè Masciantonio, nel trappeto.

D M S
H O C N V C N O S P O
T O T I T V L O N O M E N O
T V E M V R P E L A G I A N A T A
5 C O I V G I C V O P T A T O L I B E R

Recognovit Dressel. Habet Caraba ms.

2 fin. aut PO aut TO. — 5 //BET Dressel, //BBI Car. — Nota hexametrum.

2992 [= 5325] litteris pulchris. Rapini rep. alla piana di S. Andrea verso Penna di Monte; extat in casa quadam rustica versus Guardiagrele.

√ · S E P T V M I V S · N · F
A R N · C A P I T O · P A T E R

Descripsi ego, recognovit Dressel. Edidi ann. inst. arch. XVIII (1846) p. 84, *unterital. Dial.*

2993 Piano della Roma, masseria Spinelli CARABA. Ibi frustra indagavit Dressel.

D · M · S
T A T I E E E E
Q V I V I X I T A N
X I M N S V I D
5 X I I T A T I A S E P T I M
· F I L I A E B M N
F

Caraba ms. exhibet bis.

5 SXIIPIITIA ex. I. — 7 om. ex. II.

2994 Piano della Roma versus Casoli in massa Mosis Masciantonio.

I · A M I D I I

Dressel descripsit.

LXIV. ANXANVM (Lanciano). Tribu Arniensi.

In mediterraneis Frentanorum recensentur *Anxani cognomine Frentani* apud Plinium 3, 12, 106; in Frentanis item Ἀγξανον collocat Ptolemaeus 3, 1, 65; denique *Anxates Frentani* nominantur in titulo Superaequano n. 3314. Cognomine oppidum puto fuisse non Anxanum quod dicitur fuisse prope Salapiam (v. p. 25), sed Anxam Marsorum. Praeterea nomen habent itineraria (p. 204 n. VI: *Anxano* Peut., *Auxano* Ant.) et militum matricula urbana vol. VI n. 1404 (a I, 6; b I, 15). Municipium fuit sine dubio; magistratus reperiuntur *quattuorviri quinquennales* (n. 3000 cf. n. 3002) et *aediles* (n. 2999). Tam *decuriones* quam *collegiatus collegiorum omnium* enumerabat index n. 2998.

Contribui cum Anxanensibus titulos repertos in vicinis pagis Frisi, Fossacecae cum monasterio S. Iohannis in Venere, S. Maria in Baro.

Anxani titulum unum n. 2998 excepit primus ACCVRSIVS et post saeculum M. II. MAZA. Deinde per multos annos nemo res antiquas ibi curavit; nam medicus Iacobus FELLA, quem Toppius (bibl. Neap. p. 108) ait historiam Anxani manu scriptam reliquisse, Pollidorus adeo edidisse librum 'de Anxani insignibus' (Venetiis Ciotto 1606. 8) et a diligentissimo Giustiniano (*diz. geogr.* 5 p. 197) et a me frustra quaesitum, item Sebastianus RINALDI Anxanensis Chalcedonensis episcopus, quem constat alios libros publici iuris fecisse inter a. 1599 et 1617, Pollidorus autem ait scriptam reliquisse orationem 'de antiquitate et praestantia Anxani' quas inscriptiones attulisse dicuntur ab uno Pollidoro (n. 280*. 297*), eae non minus suspectae sunt quam quas sub nomine suo idem homo fraudulentus protulit. Ipse Pollidorus, de quo supra p. 266 diximus, utpote Anxanensis longe plurimam partem falsarum suarum patriae dedicavit. — A Pollidoro potissimum in Anxanensibus pendent Ant. Lud. ANTINORIVS archiepiscopus Lancianensis († 1778) cum in libro de antiquitatibus Frentanis edito a. 1790 (v. p. 266) tum in scripto *istoria critica o sia memorie ragionate della città di Lanciano*, cuius exemplum

quod vidi (bibl. publ. Neap. recens emptorum n. 343) supplemento alieno adiecto ad a. usque 1788 et fortasse ultra pervenit, et Dominicus ROMANELLI in commentariis Frentanis editis a. 1805. 1809 (v. p. 266). Proposuerunt tamen tam Pollidorus ipse quam Romanellius quaedam sincera adhuc ignota. — Post Pollidorum fraudes Anxanenses continuatae sunt genere mutato; nam non in charta sola, sed in marmoribus et tegulis cernuntur quae confinxit abbas Homobonus DELLE BOCACHE sive DE' BVCACHI. Schedas eius, quae quattuordecim voluminibus adservantur hodie Lanciani in bibliotheca publica, mea causa excussit Dresselius; pertinent ad nostram rem potissimum volumina duo primum inscriptum *Anti-Quadro in risposta alla lettera diretta al celebre Conte Giuseppe Tiberj di Vasto sotto lo specioso titolo di Quadro istorico della città di Lanciano* [intellegit epistolam ita inscriptam a Dom. Romanellio editam in *Ephemeridibus encyclopaedicis Neapolitanis* a. 1794], et secundum inscriptum *Saggio istorico della città di Lanciano*. Anni ad singulos titulos falsos adscripti reperiuntur a 1785 ad 1805; unus n. 305* prodiit a. 1790 in commentariis Antinorianis, alii pauci per Romanellium a. 1809; reliqui (ipse enim auctor non edidit) nostra demum aetate innotuerunt. Extant autem quae Homobonus finxit pleraque in museo Michaelis DE GIORGIO Anxanensis, qui res antiquas vel pro antiquis habitas Anxani prostantes omnes fere sibi comparavit. Eos lapides tegulasque qui viderit litteris et punctis et nexibus plane barbaris, fraudem statim deprehendat necesse est; sed ei quoque qui non viderit sufficientes inscriptiones honorariae tegulis incisae et absurda titulorum argumenta, qualis est *Antoninus Pius paganus et Christi fidelibus carus* aliaque similia. Haec qui cupit reperiet in falsis n. 303*—312*. At idem Homobonus genuina quaedam aut descripta habuit aut comparavit sibi, nec schedae eius sola fraudum demonstratione profuerunt. — Antonii MARANCAE denique historiam Anxanensem ms. (v. n. 3004) vidi olim Anxani, sed non profuit.